

# Bogatyński, Władysław

---

## Listy hetmana Tarnowskiego do Albrechta z r. 1544 o taktyce wojennej z Turkami

---

Przegląd Historyczny 17/1, 99-104

---

1913

Artykuł umieszczony jest w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych, tworzonych przez Muzeum Historii Polski w Warszawie w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego.

Artykuł został opracowany do udostępnienia w Internecie dzięki wsparciu Ministerstwa Nauki i Szkolnictwa Wyższego w ramach dofinansowania działalności upowszechniającej naukę.

## II.

### **Listy hetmana Tarnowskiego do Albrechta z r. 1544 o taktyce wojennej z Turkami.**

Prawie cały piąty dziesiątek XVI w. był czasem ogólnego, spotęgowanego naprężenia w świecie chrześcijańskim. Nigdy może w tym wieku Polska nie była tak bliską wstąpienia do ligi antytureckiej, tak bliską walki z Turkami, jak wtedy. Cesarz, król rzymski, hospodar wołoski, już się związali, Polskę usiłowano wciągnąć<sup>1)</sup>. Najzagorzalszym w Polsce zwolennikiem krucyaty na Turków ze strony skoalizowanych państw chrześcijańskich był hetman Tarnowski. Całe życie nurtowała w nim myśl krucyaty, nie doczekał się jej ziszczania. Specjalnie też studyował taktykę wojenną z Turkami i Tatarami, a wyrazem tego jest traktat o walce z Turkami, który powstał z rozmów hetmana z Janem Strazyuszem, przez tego ostatniego spisanych dla Karola V (r. 1542)<sup>2)</sup>. Rok 1544 i 1545—to lata krytyczne w tem ogólnem poruszeniu przeciw Turkom. Wtedy to hetman Tarnowski i książę pruski, Albrecht, wymieniają plany strategiczne, omawiają szczegółowo taktykę walki przyszłej z Turkami. Szczególnie ciekawe pod tym względem są listy Tarnowskiego z r. 1544, z których trzy niżej przytaczamy. Zaleca w nich hetman wypróbowany przez siebie tabor, jako jedyny sposób walki z Turkami. Wszystko obmyślone dokładnie i szczegółowo

<sup>1)</sup> Dr. J. Nistor. Die Moldauischen Ansprüche auf Pokutien. Archiv f. österr. Geschichte 101 Bd. Wien 1910. str. 150—1, Dr. L. Kolankowski. Polityka ostatnich Jagiellonów. Kwart. histor. r. 1911, zeszyt 1, str. 60.

<sup>2)</sup> J. C. Tarnovii de bello cum iuratissimis Christianae fidei hostibus gerendo, disputatio sapientissima. Rkp. Bibl. Jagiell. 949 (41—53), Teki Naruszewicza. (Rkp. Mz. XX. Czartoryskich) Nr. 59, nr. 122, T. Korzon. Dzieje wojen i wojskowości w Polsce 1912, I. str. 295.

łowo, wystawia hetmanowi świadectwo pierwszorzędnego strategika i praktyka.

Listy te są jeszcze i dlatego tak bardzo ważne i ciekawe, że dowodzą załyłości w stosunkach Albrechta z hetmanem Tarnowskim, która w tych latach i następnych doszła do punktu kulminacyjnego. Korespondencja Tarnowskiego z Albrechtem z lat po-przednich (po r. 1532)<sup>1)</sup> ożywiona, wzmożła się w tym czasie nie-pomiernie. Albrecht żąda od hetmana, by go bratem nazywał, ten przyjmuje propozycję i podpisuje się: servitor obsequentissimus et deditissimus frater. I rzeczywiście, w tych latach (1544 i nast.) szcze-gólnie występuje Tarnowski jako orędownik Albrechta w Polsce, broni jego spraw i interesów, znosi się z nim we wszystkich ważniej-szych sprawach Rzeczypospolitej, chcąc go jaknajsilniej z nią zwią-zać<sup>1)</sup>, po myсли zresztą księcia pruskiego, zdanego na łaskę Polski, a pragnącego zająć wobec niej wpływowe i znaczące stanowisko.

<sup>1544</sup>  
8 April.

Illustrissimo Principi domino domino Alberto dei gratia Marchioni Brandenburgensi et in Prussia Stetiniae Pomeraniae Cassubarum et So-lauorum duci, Burgrauio Norimbergensi Rugiae Principi domino suo colendissimo.

Illustrissime Princeps domine domine colendissime, Addictissima obsequendi voluntate mea diligentissime commendata. Quantum meum extiterit studium in promouendis negotiis Ill. d. vrae., non dubito Ill. d. vram. ex domino suo cancellario cognouisse. Quod autem exitus re-rum neque voluntati Ill. d. vrae. neque meo desiderio satis respondit, causas et per se intelligere et ex d. oratoribus accepisse Ill. d. vram. puto. fuit uero ea causa Ill. d. vrae. quae ut ex sentencia ejus confi-feretur sane aequum erat. Sed quum non defuerint, qui quo minus Ill. d. vrae. satisficeret intercedebant, factum opportuit, ut oratores Ill. d. vrae. re infecta ad eam reuerterentur. Quod Ill. d. vram. sapienter moderateque ferre temporique dare confido. Cui quidem quantus quan-tus sum obsequendi studium summum meum defero. Idque in primis opto, ut aliquando hic commoda mea opera uti possit Ill. d. vra., quippe qui gratia Ill. d. vrae. antiquius ducam nihil, in summoque foelicitatis loco ponam mandata Ill. d. vrae. quae forte mihi dat dareque unquam velit.

<sup>1)</sup> T. j. po śmierci Szydłowieckiego, teścia swego, którego miejsce za-jął w stosunkach z Albrechtem.

<sup>2)</sup> Charakterystyczne jest wyrażenie Tarnowskiego w liście do Albrechta z 16/VII, 1545 z Warszawy: Ego de omnibus, quae res publicae isti peri-culosa fore intelligo, soleo liberius cum Ill. d. v. conferre, quod eam, huic regno coniunctissimam esse certo sciām<sup>4</sup>. Arch. w Królewcu Rkp. Brief-archiv B<sub>2</sub>.

Nouarum rerum hic plane hoc tempore est nihil, quas quidem Ill. d. vrae. scire intersit ejus. Id tamen ex nunciis Vaiuodae Moldauiae cognouiimus, mandasse illi Caesarem Thurcarum, ut in aulam suam anno praesenti veniat ex pacto. Nam quum Moldauiam illi Caesar restitueret, praescripsit illi, ut tercio quoque anno se conueniret itaque numc illi eundum esse. Qui si iuerit, sunt qui existiment isthic esse peritulum neque in Moldauiam reuersurum magno nostro malo. Nam si in Thurcia hominem Caesar retinuerit, Sordziacum Moldauiae praefecturum esse certum est. Unde quantum periculi nobis metuendum erit, facile est cogitare. Nam eciam nullus Thurcarum exercitus sit futurus, tamen Sordziaco in Moldauia praefecto satis erit nos a Thartaris et Moldauis geminis hostibus vexari. Scio vauodam omnia timere inuitissimumque illuc esse profecturum. Sed quid faciat? quum spes in nobis nulla, nullus apud nos receptus. Non defuerunt qui S. Mtati. Regiae persuadebant, ut Vaiuodam adjutum uellet. Sed ut in caeteris rebus ita in ea quoque placet nos esse securos neque moueri impendentibus periculis. Quae ut deus in melius uertat precor.

Imperatorem Thurcarum non putant in Hungariam personaliter esse uenturum, sed missurum tamen exercitum, ipsum uero in propinquioribus illinc locis futurum. Nunc autem aduentare illuc dicuntur in dies milites Thurcici, nulloque cum periculo numerus illorum crescit, qui quum confecerint justum exercitum id quod reliquum est non captorum locorum expugnare conabuntur procul dubio. Quod reliquum est commendo me iterum atque iterum plurimum et ex animo gratiae Ill. d. vrae. Cujus successus ut d. deus perpetuo prosperet multorumque temporum ei vitam concedat precor.

Datae Tharnouiae 8. Aprilis Anno domini 1544.

Ill. d. vrae.

*Seruitor*

*Ioannes Comes in Tarnow etc. scripsit.*

Archiwum w Królewcu. Rkp. Briefarchiv B2.

1544 8 Apr.

Illustrissimo Principi domino domino Alberto dei gratia Marchioni Brandenburgensi et in Prussia Stetiniae Pomeraniae Cassubarum et Sclauorum Duci Burgrauio Norimbergensi Rugiae Principi etc. domino suo colendissimo.

In manus proprias.

Illustrissime princeps, domine domine plurimum observandissime. Paratissima obsequendi voluntate diligentissime commendata. Quod I. d. v. tantopere agit gracias pro ea opere, quam in comicis rebus Il<sup>me</sup> d. v. prestiti ea et si non est tanti facere tamen dignatur pro sua in me gracia. Ego autem ita sum addictus nomini I. d. v., ut nihil sit tantum quod non quantum in me esset semper libentissime causa I. d. v. facere velim. Et nunc quo et e dignitate et ex sentencia negocia I. d. v. conficerentur dedi operam quam potui, de quo constituit in primis I. d. v. domino Cancellario qui hic et spectator et sollicitator di-

ligentissimus unacum collega suo fuit. Cum quo aperte sum sepe locutus, quod autem minus quam ego optabam et I. d. v. voluit proficerimus. quid obstiterit, tum ipsa sapienter perspicit, tum vero ex oratoribus suis habet compertum. Id enim et hic in negotiis v. I. d. impedimento fuit, quod alyas sepe et in aliis negotiis reipublice officere solet. ut tandem tamen ea mala que nos in perniciem trahunt superemus facit deus. Nec michi dubium est quin I. d. v. suo prudenti consilio pro sua sapientia communicato cum his consilio qui hanc Rempublicam saluam esse uolunt et qui ea ambitione non ducuntur, ut propter eam negotia publica parum current. non sit regno huic defutura habituraque sit virtutis sue amorisque erga eam Rempublicam curam, ut aliquando ad hoc tendatur, ne Respublica pereat et id euellatur quod nocet, necesse tamen est, ut id in tempore et tempestive fiat. nam posthac vix consilium reperiri poterit per quod respublica saluari possit. ut nunc in regno vngarie appetat, de quo scribit I. d. v. Regnum enim illud priuatis et intestinis odiis ambitione ceterisque viciis ardebat. quorum malorum non magis certe non minus apud nos est faciliusque, nisi dominus deus saluos nos esse voluerit ad extreum periculum libertatis nostre nos venturos, quippe qui ea presidia non habeamus quibus Vngaria abundabat. Ego quantum in me est doleo vicem nostram, sique potero pro mea paruitate I. d. v. et illis qui Reipublice bene uolent (utinam aliquando ad hoc veniat, ut periculum preueniamus) assistam. precandus itaque dominus deus, ut omnia in melius uertat. accepi tabulas ab I. d. v. ad quarum picture similitudinem Imperatoris Turcarum exercitus dicitur instrui solere, quarum unam memini me vidisse apud Ioannem regem. Sed cum quodam fidem Mahometanam professo, licet aliunde oriundus, qui a puericia in turcia sit educatus homoque militaris sit, de his cum conferrem hanc quam a me habet ab illo accepi, quam referebat esse ueram, vtcumque tamen sit, non sunt nimium difficiles. constat enim a lateribus a tergo equitibus suis hostem circumdare solere, a fronte uero ita instructum esse, ut bombarde catenis compacte peditatum antecedant. Cameli vero similiter catenis colligati a lateribus sint pro presidio et munitione, et ita ad hoc aduentendum et intendendus animus, quoniam primum dei auxilio demum tamen bono ordine talis ejus apparatus perfringi possit. Cum autem exercitus principum cristianorum, quibus cum eo res est, non est tam numerosus quod uiribus seu numero cum ejus copiis equari possit. cogitanti mihi hec racio instruendi exercitus accomodata mihi est visa multas propter causas, quas explicare coram facilius possem quam describere, quod aliquando deodante erit, quo mihi copia conferendi de his et aliis necessariis cum I. d. v. erit. Quia uero comunicare uoluit me I. d. v. secum hanc picturam mitto eandem ad I. d. v. et quicquid eciam suo iudicio fecerit aduersus tam instructum hostem uelit quoque mecum comunicare. Cujus iudicium ut pote tanti ac scientissimi rerum bellicarum ducis apud me erit loco magni muneris. antequam autem ad conflictum generalem veniendum sit, hoc mihi videtur non postremum immo summe necessarium, ut leui equitatū pabulatores qui akan-dze uocantur arceri possint, ne exercitui victus copiam ministrent, quod quidem dei auxilio non nimium foret difficile. In redeundo quoque facile aggredi possit, dicitur enim in omni expeditione exercitum suum

labore ita attritum esse quod tunc temporis facile aggredi possit. uideturque mihi etiam alia stratagemata, quibus si ad congressum generale ventum foret in camelis et peditibus suis magnum disturbium essent factura, de quo pocius coram quam per litteras. Hec et si sciam ea omnia que ad usum belli pertinent v. I. d. melius nosse et scire. pro mea tamen in eam obseruancia quod que ita voluit et ut agnoscat confidentissime et optimo animo omnia secum uelle me agere. Idcirco et id pro tenuitate ingenii mei quod apud me cogitauit id ipsum offerre libenti animo volui. Comendans cum his plurimum et ex animo I. d. v. gracie. Cui multos et felicis annos a domino deo precor et exopto.  
**ex Tarnow 8 aprilis 1544**

E. v. l. d.

*Servitor*

*Ioannes Comes in Tarnow etc. scripsit.*

Archiwum w Królewcu. Rkp. Briefarchiv B<sub>2</sub>.

1544  
26 Junii.

Illustrissimo Principi domino domino Alberto dei gratia Marchioni Brandenburgensi et in Prussia Stetiniae Pomeraniae Cassubarum et Sclavorum Duci Rugiae Principi Burgrabio Norembergensi etc. domino domino colendissimo proprias in manus ill. excellentissimae suaes ds.

Illustrissime princeps domine domine colendissime! Post diligenterissimam obsequiorum meorum commendacionem.

Intellexi ex litteris Illustrissime dominacionis vestrae deliberacionem ejus Belli aduersus Turcam instituendi prudentissime scriptam, quam quod mecum Benigne communicare sit dignata, ago et habeo I. d. v. ingentes gracias. faxit autem deus, ut Cristiani Monarche, quorum auspiciis res bellice geruntur, presertim aduersus Turcam postpositis de religione disceptacionibus et simultatibus privatis eliant pocius judicio quam fauore vel alio quovis modo tales exercitus duces, qui in rebus gerendis tantum consilio valerent, ut eorum usus utilis esse possit. In quo si eo uentum fuerit (ut sine assentacione dicam) primas partes I. d. v. habitura esset, si racio boni habebitur. nam illi qui preficiuntur in capitaneos (ut nemini detrahant) uix aliquando feli-citer res gerere possunt, nisi singulari fortune beneficio neque enim, ut audio, id curant id aduertunt nec querunt modos tam in ordinandis aciebus quam in reliquis belli gerendi rebus, quid contra hostem fieri facereque utile sit. hoc tantum faciunt, ita disponunt, eundem semper ordinem obseruando, quem semel didicerunt. Cum alioquin non idem modus in bello gerendo aduersus hostem quemlibet et diuersum tenendus sit. Quin vero spectandum eoque omnes belli raciones referandas esse ad statum et dispositionem hostilis exercitus, aliter enim contra hunc hostem, aliter in Gallia et Italia esset pugnandum. Cum et alia locorum natura et alia belli et prelii ineundi disposicio, que omnia minime aduertuntur. Sed hec omnia pro sua prudencia et scit et melius intelligit, quam a me scribi possunt. Quod autem raciones meas attinet, quas punctim exaratas ad I. d. v. miseram quibusque utendum

esse existimarem, presertim in hoc quod partem peditatus intra curruum municionem et partem artelarie in fronte exercitus collocandum esse putau, multis de causis nunc quoque hec ipsa racio utilis mihi esse uidetur. primum quod ita copiosum equitatum non habeamus, qui diuidi sine nostro incommodo possit et ita collocari ut cumque, nam certum id esse, quod pauci impressionem hostium hoste multitudine abundante sustinere non possent. Quare mihi est visum disponere et collorare illos in eo loco, in quo utiliorem nauarent operam et pocius in alis et subsidiis, quam in alio loco. Nisi fortasse visum esset pro tempore paucos nonnullos opponere qui ex prouocatione primos arcerent et ubi opus esset post ordines tuto se subducere valeant. alterum, quod difficilior esset, equitatui hostis congressus cum peditatu intra municiones curruum locato quam si prima fronte equitatus illi opponatur. tertium quod res ea ut inusitata hosti magis esset formidini. nam difficultatem et stuporem affert ei, qui id tale quidquam expertus sit nunquam. Quod non ita facile describi potest quam si coram cum I. d. v. mihi conferendum foret, presertim cum ejus generis sint plurima que litteris difficile enucleari possint, quod deo dante aliquando futurum est, quando de his et ceteris mutua colloquendi occasio dabitur. Rogo autem, ut meam hanc ad I. d. v. scribendi libertatem boni consulat. non enim dubito, I. d. v. optime nosse que in talibus rebus gerendis sint utiliora, atque ego ut Phormio Hannibalem de rebus tantis doceam non necessarium esse puto. Sed et confidencia ejus in me favoris et ejus jussa effecerunt, ut libere ea sciberem que sencio. Quod autem jubet ne cuiquam id quod ad me misit communice, ne zoilis qui omnes bonos ex odio lacescant obtrectandi detur argumentum, faciam sine dubio. et si quis forte meorum cartam illam depictam uiderit, nec ipse sciet autorem. Quod vero scribit I. d. v., ut in litteris scribendis me ejus fratrem appelle, expostulatque mecum, quod in scriptis meis eo nomine non sim usus: ego me I. d. v. tante celsitudini imparem esse sciens unquam ut hoc nomen mihi usurparem non uidebatur dignum. Quamuis I. d. v. pro sua summa virtute et ingenua humanitate eum me appellare dignata est, forsitan quoque ut cristianus princeps eo respectu, quod nomine patris Adę omnes simus fratres et presertim cristiani. Quare ne uidear uelle contrauenire, voluntati et mandato I. d. v. scribam et faciam ut jubet. Itaque me geram, ut et deditissimum fratrem et obsequentissimum seruitorem re ipsa me semper suum I. d. v. experiatur. Cujus gracie me obsequiaque mea perpetua diligentissime et ex animo comendo, utque I. d. v. dominus deus felicissime ac diutissime seruet incolumem precor et exopto.

Ex Osziek 26 Junii 1544.

E. I. d. v.

Servitor obsequitissimus et deditissimus frater

*Ioannes Comes in Tarnow etc. scripsit.*

Archiwum w Królewcu. Rkp. Briefarchiv B2.

Dr. WŁADYSŁAW BOGATYŃSKI.